



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

28 Censores moribus ciuium præficere, ne in victu & vestitu modum  
excedant, neue cupiditatibus atque prauis artibus indulgeant. v. Sign. 43.  
& 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

## SIGNVM XXVIII.

GRAVES ET AVSTEROS CATONES, *Censores*  
 seu *Censores*, moribus ciuium praeficere, ne in victu morum cog-  
 & vestitu modum excedant, neue cupiditati-  
 bus atque prauis artibus indulgeant.

Aristot. s. Pol. c. 8. vult vt gratis censor & vi-  
 gilans inspector morum in ciuitate qualibet  
 habeatur, qui obseruet Lynceis oculis potissi-  
 mum eos, qui Reip. ἀσυμφορῶς, inutiliter, &  
 parum accommodatè viuunt. Nemo enim in ci-  
 uitate inutile pondus esse debet, nemo insigniter  
 flagitiosus: cogendi igitur sunt mali ad censurā,  
 & ad rationem vitæ. Boues sine stimulo, legnes  
 sine flagello, mali ciues sine Censoris virgula ra-  
 rissimè suum munus & officium praestant.

*Moribus  
 ciuitatem  
 condire.*

Apud Romanos eiusmodi fuerunt Censores,  
 apud Athenienses ζητήται, inquisitores vitæ  
 ac morum, νομοφύλακες, legum custodes,  
 &c. Vt enim illa medicina magis probanda est,  
 quæ valetudinem integram conseruat, quàm quæ  
 affectam & vitiatam restituit: ita leges illæ lon-  
 gè praestantiores sunt, quæ mores cōtinent, quàm  
 quæ corruptos ad sanitatem publica animaduer-  
 sione conantur reuocare.

Quoniam autem boni mores plerumque cor-  
 rumpuntur, luxu nimium inualescente, vel do-  
 minante, prouidi Magistratus est, in tempore  
 prouidere, ne subditi temperantiæ meras exce-  
 dant, sua profundendo. Nam sicut in corporibus  
 ægris nihil quod nociturum est medici relin-  
 quunt;

L

quunt;

quunt; sic Magistratus quidquid obstat Reip. scindat necessum est. *Curt. lib. 6.*

*Cura conuiuiorum.*

Reuiuifcat igitur antiqua morum censura, Magistratus per Censores, reductis, aut constitutis legibus sumptuarijs, tum prurum mensis, tum popinis atque comessationum modum præscribat, ne luxus mensæ profumptibus exerceatur. Arceat etiam à vestibus superfluitatem & impensam grauè. Rectè ait Arist. 5. Polit. *Fiunt in Rep. mutationes, cum mines sua consumunt prodigè viuentes.* Probeat, & è Rep. tollat libidinem, & otium, tum omnium segetem: prouideat, vt, abruptis luptatibus, plebs negotia sua habeat, quibus malo publico detineatur. (*Sallust. Orat. 1. ad C.*) Rectè enim Romanus Scipio censebat, non suam esse Remp. *stantibus manibus, ruentibus a quidribus.* Augustin. 1. de Ciu. cap. 33. Sigillatim, d. Si rem & paulatim hæc emendare potest. Neque subnase nim quisquam nostrum subito fingi, neque cur reprehendam quam repente vita mutari, aut natura consummari potest. (*Cic. pro Sulla.*) Conquerimur enim Verbi Dicitò in hac vltima mundi fœce cum Seneca *ritas acco* Benef. *Nunc conuiuiorum viget furor, & factu verbu (s)* *num patrimoniorum exitium culina. Nunc h. Sallust. i* *tur ebrietati honor, & plurimum meri cepisse esse est,* *tus est: nunc cultus corporis nimius, & forma et subditis t* *pra se ferens animi deformitatem, &c. Quondæccare* *nostra ætas (vt loquar cum Philone Iudæo, lib. 1. ant,* *plant. Noè) fert coquos, cupediarios & vngue. Est au* *tarios magna curiositate, nouum semper statim su* *quem saporem, formam, aut odorem commingine i* *centes, in gratia n sensuum, vt Imperatorem los more* *oppugnent, intellectum.* *raties eo*

Postquam ciues grauiores fecerunt impensas, emendis bombycinis, holosericis, Phrygianis, alijque pretiosis vestibus; immobilia vendere, & versuram facere coguntur, damno interim ad Rēp. redeunte. Expedi enim Reip. locupletes habere subditos, neue quis re sua malè vtatur. Hinc inualescēte Romæ conuiuiorū & vestimētōrū luxu, Tiberius Cæsar legē tulit, ne vasa auro solida ministrādis cibus fierēt, ne vestis serica viros fœdaret. Romę etiā Cēsoria nota Equites spoliabātur equis, Senatores ē Senatu eijciebātur, alij Tribu movebātur, in caritum tabulas referebantur. Spartæ erant Ephori inspectores vitæ ac morum; apud Carthaginienses Præfecti & Magistri vitæ.

Vtinam omnes Magistratus Galbæ Cæsaris ad suū successorē sibi dictā putarent sententiā: *Cogitibus a quid aut nolueris sub alio Principe, aut volueris, Tacit. d. Si iā mutuas ciuū cædes detestaris, si litium Neque subnascentiū fibras exhorrescis, si populi luxum ne cureprehēdis, magis hæc displiceāt tibi, vbi rerum consummā adeptus eris, Tacit. i. hist. Frustra laborant Verbi Dei Præcones, nisi Magistrat° celsura & seue neca vitas accedat, Audiuit, ait Syr. c. 21. v. 16. luxuriosus factu verbū sapiēs, & displicebit illi, &c. & verē scripsit in e. Sallust. in Catil. Verba virtutē nō addere, ideo ne-  
penis vitia auerrun-  
canda.  
canda.*  
Quoniam peccare metuant, qui diuina iudicia non reformi-  
co, sicut.

Est autem hæc morū emendatio sensim & gra-  
per alacim suscipienda, nec de repente, & velut facto  
comagine in adulta vitia irruendū est. Nā cōstituit bo-  
rem nos mores ciuitati Princeps, & vitia eius cōpescit, si  
patiens eorum est. (Senec. i. de Clem. c. 32.) Et: Haud  
facile,

Vide de  
Disciplina.

facile, neque sine magno motu mutari potest, & longo tempore radices egit. (Arist. 5. Pol.)

Hinc Plato 2. de leg. suadebat vitia politica inueterata ad tempus tolerare, sicut errata patrum senio aut morbo delirantium. Et Panegyricus scriptor (Paratus) ad Theodosium: *Vitia corrigendis curam adiecisti, idq; moderate, vt dere potius honesta, quam cogere videreris.* Cui vt semel commotum mare diu est, antequam quiescat, ita vitia temporum iniurijs tolerare ferre aliqua tenus necesse est.

Tiberius Caesar, apud Tacitum 3. Annal. dicitur quod vitijs adultis & inueteratis remedium opportunum adferat.

Cum quandoque ob iniuriam temporum directo (vel recta via) tolli nequeant, tentum erit num queant ex obliquo abrogari, vt si regal super ijs rebus imponat Princeps, quae bidinem & luxum prouocant. Cuiusmodi aurea & argentea supellex, odores, pigmenta numerabilia byssinum genera, gemmae, & lilia superflua sexcenta.

Facile etiam tollit vitia proprio exemplo quondam imp Theodosius fecit, de quo Panegyricus ait: *Tua epula mensis communibus partibus locorum ac temporum fructibus instruit.* Hinc certatim in omnes luxuria pudor, parsus cultus inoleuit, & quiescentibus legum minis, quandoque priuati sui poenitentia. Sic emittens, sic est, exasperat homines imperata coramter blandissime iubetur exemplo.

Cicero 8. ad Att. epist. 1. ait: *Vt gubernatoris ius secundus, medico salus, imperatori victor*

Vide signum 62.

Reip. moderatori beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Zeno dicebat, decorandas esse vrbes, non tam pretiosis ornamentis, quàm inhabitantium virtutibus. *Stob. ser. 41.*

*Xenophon, inquit, in memor. Socr. lib. 3.* Hoc fine eligitur Princeps, non vt se molliter curet, sed vt per ipsum ij, qui elegerunt bene beateq; agat. *Cyrus Rex Pers.* boni pastoris & boni Principis officia similia esse dicebat, Vt enim boni pastoris est, bene pascere; sic ad bonum Principem spectat, vt diligenter gubernet ciues sibi à Deo commissos, omniaq; legibus prohibeat, quæ in Reip. perniciem vergere videntur.

## SIGNVM XXIX.

CENSURAS ECCLESIASTICAS *Censuras Eccles. reuereri.*  
admodum reuereri, & ob separationem à diuinis officijs vehementer contristari.

QVM *Philippus Imp.* ingredi vellet Ecclesiam, *Euseb. lib. 6. cap. 27.* summus Pontifex *Fabianus* coram omnibus ipsi præcepit, ne Ecclesiam ingrederetur, quousque perfecisset publicam poenitentiam pro quibusdam grauib; suis peccatis. Cui præcepto statim *Imp.* maxima cum humilitate morem gerens, tamdiu abstinuit ab Ecclesie ingressu, donec abstricte eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur astricte, locumque poenitentiam agentium agentibus præstitutum occupabant, se sua sponte collocauisset, & publicam poenitentiam sibi in-